HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh.
Seite 62r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



& eloquia dni eloquia casta argentum igne examinatum purgatum septuplum.
Rursum in uoce tubae corneae. hic cornu inducitur ut di inscriptura
propriae cornu pro regno dicitur & pro potentia. Sicut ibi scriptum est. erexit
cornu salutis nobis. & in alio loco scriptum est. Inter inimicos nros
uentilabimus. Ergo uide & hic quid dicat. duas habe tote tubas & ar
gentea & aurea. argentea ut habeas sermonem. cornea ut habeas
uirtutem. Vultis scire quomodo cornu semper in bona parte ponitur.
Legimus in leuitico. nullum animal offeratur nisi quod cum cornutum est. tria genera
animalium offeruntur. bos qui cornua habet. & aries qui cornua habet
& hircus qui cornua habet. Sine causa putas dictum ut nullum offe
ratur animal nisi quod cornutum est. Et nos ergo quamdiu habemus cornu
meremur uictima esse di. Si autem cornu nrm fuerit excussum quasi debiles sumus.
& in sae dotes di uenire non possumus. Moueatur mare & plenitudo eius moueatur
mare & amara aquae mutetur in dulcem. Denique & mirra mutata est. & facta est in
dulcem saporem. aquam illam amaram non fecit aliud dulce nisi lignum crucis quod
mis sum erat in ea. Mihi uide tur amarum mare lex esse moysi. hoc est quod dicitur
mirra hoc est amara. Haec amara aqua legis ubi & ipse accepit lignum crucis. & effecta
est dulcis. Flumina plaudant manu simul. Interrogemus iudaeos qui secundum
litteram intellegunt flumina manus habent. flumina uocem habent. flumina pedes ha
bent. flumina uentrem habent. Dicat aliquis non est scribum deuentre & de pedibus.
sed ego ubi dico. ex uno membro intellegimus. & cetera. Non enim possumus intellegere
manus sine pedibus sine uentre sine membris ceteris. Flumina plaudant manu si
mul flumina quae biberunt de fonte ihu. meinquid deliquerunt fontem aquae uiuae flu
mina ipsa de fonte xpi currunt. Ille fons est nos flumina sumus. Stamen meremur
esse flumina. xpi fons est & sci flumina sunt. Qui autem interiores sunt riuuli sunt
alii uero torrentes sunt. hi sunt torrentes qui ad horam habent aquas. & tempta tione
uenente siccantur. Flumina plaudant manu simul. non est unum flum plura sunt
flumina. quo sci sunt tot & flumina sunt. Sed ista flumina non habent inter se dis
sensionem quomodo sunt flumina xpi. propter ea habent in se concordiam.
Flumina plaudent manu simul plaudant manu opera sorum laudi
di. e. xpi non uoce laudatur sed opere non audit uocem sed opera.
Flumina plaudent manu simul. pp ea dic & ipse in euangelio. qui si
tit ueniat & bibat. & fluent inquid flumina de uentre eius.